



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 92. Viennensis Archiepiscopi declamatio in iisdem comitiis habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

ansam præbebat, Referunt nonnulli, quod is solemni, ac perpetua votorum sponfione sese Deo in Ordine S. Domini obstrinxerit, eum vero ab hac Religione fuisse solutum, minime constat, nisi forte id postulante Margarita Navarra Regina, quæ hunc Virum Regi Fratri suo commendabat, factum fuerit: Insuper addunt illi, quod postea Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto ad Episcopatum nominatus, nunquam pro more consecrationem recipere veluerit. Ceterum Vir erat ingenio acer, eloquens, ac doctus, necnon in rebus discernendis iudicii maturitate, atque in consiliis suis feliciter exequendis prudenti dexteritate præditus, qui suam hæresin regnante Francisco I. & Henrico II. scite dissimulabat, postmodum vero variæ temporum vicissitudini inserviens quandoque in suis sermonibus Catholicorum, quandoque Calvinistarum dogmata divulgabat, prout Franciæ aulam huic, vel illi Religioni propensam fore credebat, præcipue ubi Catharinam Reginam inter utramque adhuc fluctuare intelligebat.

§. XCII.

*Viennensis Archiepiscopi declamatio
in iisdem comitiis habita.*

Hist. Eccles. Tom. XLIII. D d Fini-

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

*Marq. de
Montluc.*

l. 2. c. 5.

*San Marth.
elog. Doct.
Gall. l. 3.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

*Popel. l. 6.
fol. 191.
Thuan. l. c.
Beza hist.
l. 3. p. 284.*

Finis Montlucii sermone Carolus Mar-
rillacus Viennensis Archiepiscopus
in comitiis apud Fontem-Bellaqueum
celebratis, orationem suam verbis ad-
huc magis vehementibus, ac prolixis
conceptam exorsus est, ac præprimis
hæc proposuit: „duo sunt Gallici, at-
„que adeo cujusque Regni firmamenta,
„legitimus, verusque Dei cultus, &
„subditorum erga Principem benevolen-
„tia, quorum utrumque, ut salva Res-
„publica retineatur, convenienti ratione
„reparandum est: verum per licentiam,
„& corruptos omnium Ordinum mores
„eo res deducta, ut citra periculum eo
„loco, quo sunt, diutius consistere non
„pollint. Ceterum quod ad Religionem
„spectat, approbo quidem remedium,
„quod ab œcumenico Concilio petitur,
„ac longe efficacissimum, necnon ad
„Religionem pristino suo splendori resti-
„tuendam aptissimum esse censetur: ve-
„rum ob privata Principum commoda
„ubique gliscentia ejusmodi generalis
„Concilio convocatio vix sperari valet,
„hinc potius in Francia Synodus na-
„tionalis indicenda est, quæ eo magis
„necessaria videtur, quo certius hære-
„sis flammæ jamjam in hoc regno ac-
„censæ, nisi prompte extinguantur, in
„universale incendium erupturæ sunt:
„præ primis ergo quatuor articulos
omni-

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

„omnimoda necessitas suadet; nullus
 „enim ex Synodo fructus est sperandus,
 „nisi illi observentur. Porro eorum pri-
 „mus est, ut Episcopi in suis Diocesi-
 „bus commorentur, ac per semetipfos
 „Episcopalis sui muneris officia obeant.
 „II. requiritur, quod simonia, & ava-
 „ritia penitus a domo Domini eliminen-
 „tur, ac vetus Ecclesiæ disciplina re-
 „stauretur. III. Episcopi per jejunia,
 „Eleemosynas, pœnitentias, precesque
 „publicas iram Dei placare satagant.
 „IV. Nulla de causa subditis sine jussu,
 „ac venia Principis, qui bellorum mo-
 „derator est, arma sumere liceat, nul-
 „lusque Ambasianos rebelles imitetur,
 „qui magno numero, ac militum more
 „armati Regi libellum supplicem por-
 „rexerunt, cum tamen potius nonnisi
 „pauci, atque inermes coram eo com-
 „parere debuissent., Omnes hæc ra-
 „tiones Archiepiscopus Viennensis fusius
 „comprobatas reddebat.

§. XCIII.

*Hujus Archiepiscopi indoles, ac judi-
 cium circa ejus orationem.*

Hic Archiepiscopus Anno Christi mil-
 lesimo quingentesimo decimo pri-
 mam lucem aspexit: dein vero Parisien-
 sis Curia Advocatum agebat, ob suamque
 eloquentiam, atque eruditionem a Fran-
 cisco I.

Thuan. l. 25.
San. Marth.
Gall. Christ.